



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XVII. De monachis, vt omnes eiusdem ordinis in diuinis officiis sint conformes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

RVBRICA XVI.

Cum indignum sit quod beneficia ecclesiastica pro diuinorum officiorum obsequiis deputata, conferantur illiteratis, ignotis, insufficientibus, & indignis, statuimus, & districtius prohibemus, ne parochialis ecclesia de cetero conferatur, seu detur, nisi tali, qui competenter sciat legere & cantare diuinum officium. Nec canonicatus conferatur alicui in ecclesia cathedrali, nisi tali, qui sciat legere & cantare, & competenter construere, & decimumquintum annum attigerit. Nec canonicatus, vel præbenda, & clericatus in ecclesia collegiata, vbi tres vel plures fuerint in congregatione, nisi sciat competenter legere & cantare, & duodecimum compleuerit annum: nec aliud rurale & simplex beneficium alicui prorsus illiterato, sed qui sciat aliquo modo legere: & si contra factum fuerit, sit irritum ipso iure.

ANNO
CHRISTI
1300.

RVBRICA XVII.

Monemus omnes abbates, priores, conuentus, & monachos ordinis sancti Benedicti, quatenus in responsoriis, & aliis diuinis officiis, se debeant de cetero conformare: cum honori ecclesiæ sit valde contrarium, & vt plurimum scandalosum, quod professi eiusdem religionis & ordinis sint dissoni vel ignari, maxime in diuinis officiis, iuxta canonica instituta.

RVBRICA XVIII.

Quum decreuerint Sancti Patres, Syno-